

De nominum Declinatione.

QUVM PRÆCLARVM illud Horatii dictum, Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu. verissimum esse re ipsa quotidie experiamur: dabit in p̄ iouis operam ^{secū} preceptor, ut discipuli etiam nunc tyrones, & Latine lingue ^{curabit} rudes iam inde à principio optime pronuntiationi assuescant: quod ut facilius assequantur, studiosè, diligenterque observabit in quibus præcipuè vitis laboret ea regio in qua sibi commissam iuventutem instruet. nam singulis ferè nationibus domestica, quædam, ac nativa inest vitia, quibus Latini sermonis splendor obscuratur, atque penè obruitur. Nescit sc̄tu pueri si magistrum diligentem, ac bene pronuntiandi studiosum nacli fuerint, non male equidem pronuntiant. Sin verò in eum inciderint, qui officio suo desit, ac de auditorum progressu parum sit sollicitus, barbore literæ M, & N, extremis sonant: ut tur enim litera nescio, qua verba, & adulterina, cuius literæ P. Nigidius apud A. Gellium, lib. 19. cap. 14. mentionem facit. Inter literam, inquit, N, & G, est alia vis, ut in nomine Anguis, & Angaria, & Anchora, & Incepat, & Incuvit, & Ingenius. In omnibus enim his non verum N, sed adulterinum ponitur: nam N, non esse lingua indicio est. Nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret. Hec ille. Loquitur, ut vides, non de extrema litera N, sonus tamen & pronuntiatio eadem prorsus est, quæ nost̄ etiam M, & N, cum sunt ultime: eodem enim modo barbari M, & N, extremas pronuntiant M, T, itidem extremas sæpe numero in tactus omittunt: interdum posteriori vocalem E, adiungunt. Este, Abeste, pro Est, Abest dicentes C, ultime eandem vocalem addunt, camque sono accedente ad literam Q, pronuntiant, Hicc, hacc, hocc, effatientes: quos ne primam quidem nominum formam patietur preceptor ediscere, nisi prius hanc barbariem penitus exuerint: nam cum pro vovena hoc crebro sit usurpandū opus est ut id ante optime pronuntient quam memoriæ insigant. In medijs vocalibus C, ante F, vix attingunt, Pactum, dilectum, dictum, doctum, ductum, quæque sunt generis eiusdē C, litera priuantes. Eadem iniuria afficiunt P, ante T, & S, Aptas, ineptus, sriptus, ruptus, carpsi, repsi, scripsi, nupsi, si quidem in his, & similibus verbis vix auditur P. Idem alterum S, nonnunquam supprimunt, dissero, dissoluo, dissipo, dissidium, & nonnulla id genus perperam sonantes. V, post literas Q, & G, cum liquefcit, ita opprimunt vel potius extinguunt ut Quere, Quum, Aqua, Lingua, & alia eiusdem generis verba fædissimè corrumpant. Iam vero X, quocumque loco fuerit, pronuntiantes, pingue quiddam & peregrinum sonant vsque eo, ut cū verbi causa, Dixi, pronuntiarint, credis te non Romanum, sed Aethiopicum verbum audisse. In his atque cæteris vitis extirpandis nervos omnes vigilans & industrius preceptor contendet. Varia remedia excogitabit, quibus, os linguamque rudem informet: attentissimè ac libentissimè animo suos tyrones legentes audiet, curabit ut hæc pressis labris sonent: docebit N, ita pronuntiandum ut lingua palatum tangat, etiam atque etiam

A abijciant